

cus habendo Senatui ante fortes Tabernaculi Tettimonii destinatus erat. Post constitutas in Chanaanitide sedes, idem erat & Sanhedrii & Tabernaculi Domini locus; quare prius in Silo, dein ordine in Mapha, Galgalis, Nobe, Gabaon, in domo Obededon, ac tandem in Jerusalen Sanhedrii Patres coacti sunt. Porro in Jerusalem, ubi tandem constitit, sedes Concilio assignata est in Aula lapidibus strata, extra quem locum capitalem sententiam dicere (quod unicè Supremo huic Tribunali cæteris inferioribus denegatum jus relinquebatur) nefas erat, inquit Talmudistæ. Hinc factum esse addunt, ut variata tandem Sanhedrii sede, nullam Patres capitem sententiam amplius pronunciarint. Contigit ea transmigratio 40. annis circiter ante postremam Templi everisionem, scilicet anno Iesu Christi circiter 30. Quod sanè cum Evangelio quadrat; cum in passione Christi Judæi apertis verbis nullum sibi esse ius hominem ultimo supplicio damnandi professi sint (z). Quamvis id etiam contendant Rabbini, (ea est eorum fides & sinceritas) nimur in Aulam rediisse eā occasione Patres, ut Christum damnarent (a). Ex Aula igitur Templi migrarunt Patres Sanhedrii in Hanot, locum in monte, cui Templum infidet; dein intra Urbem Jerusalem, postea Jamiam, tum Jericho, atque ordine in Ulam, Sepharvaim, Betfanim, Sephorim, ac tandem Tiberiadem translati sunt. Harum vicissitudinum causam assignant Rabbini, non vim aliquam seu autoritatem quæ Sanhedrium cogeret, omnia enim eo Tribunalis inferiora, sed totam mali rationem criminibus atque plus nimio frequentibus Judæorum sceleribus imputandam dicunt; ac si Judices & Medicos idem potissimum desiliisse Urbem par eset, quod illa eorum ope maximè indigeret.

Sed Rabbinorum fastus atque inanis jaftantia tunc maxime appetat intolerabilis, cum autoritatem Sanhedrii in immensum exaggerant. Huic enim, si Rabbinos audias, subiicitur non universa tantum Gens, sed & Reges, Summi Sacerdotes, & Prophætæ, subiiciuntur, inquam, eo servitutis genere, ut pro levibus quandoque culpis ipsi Reges flagrorum suppicio damnarentur. Illud tamen commodi accedente, quod flagrorum illud suppli- cium non ita, quemadmodum apud nos, servile apud Judæos haberetur, uti Sanhedrii patronis visum est. Si Rex contra Legem delinquere quidquam convinceretur, statim coram Sanhedrio vestitus flagrorum ictibus crimen expiabat. Si Rex uxores ultra 18. duxisset, si equos innutrisset plures quam quos currus ab eo possesse exigerent; si auri & argenti plus aliquid comparasset, quam quod in Ministerios impendendum esset, statim ad flagra. Genus id erat exomologesis, cui Principes eā occasione subdebandunt, suosque ipsi torres eligebant. Statim à flagris Regiam dignitatem repebant.

Sed Tribunalis hujus venerabilis maximè forma spectabatur; cogebantur enim

a Toph. ad Ge-
mar. Babyl. tit.
Sanhed. c. 4.

z. Jo. 18. 31.

Patres in Aulam ita constructam, ut media extra Templi claustra, media verò intra atrium contineretur: cum autem in atrio Templi assidere nefas esset, qua Aula pars atrio respondebat, hæc oratoribus, qui stantes perorabant, destinabatur; reliquis interim locus extra ambitum Templo Judicibus reservatus; quare Judicibus assidere permisum.

Nunc quid in Sanhedrio juris servatur, exponendum supereft, quanquam plura ejus rei in Commentario nostro super Leges Moisæas concessimus: en tamen aliquid memorabile, quod de Legge immorigerum in parentes filium (b) b Deut. 21. 18. puniente latum est. Porro eam Legem 19. maximè sanè momenti ad politiam rectum que Reipublicæ ordinem servandum, eā quæ cæteras omnes odiosas Leges audaciæ, mire deformarunt Hebrei; tot enim illa limitationibus, exceptionibus cavillis restringant, ut ne violari quidem unquam possit. Ita ergo fanciunt Rabbini. Si quis filius in Parentes immorigerus eō de crimen unice damnandus est, hunc oportet decimum tertium aetatis annum excessisse; eā enim aetate minores Legi illi non subiiciuntur; ita verò aetatem hanc attigisse oportet, ut paucis tantum mensibus Legis imperio parere cogantur, scilicet usque ad plena pubertatis annos. Parcendum censeo ab obsecenis illis indicis recensendis, quibus pubertatem assequuntur; decori enim & verecundia renunciandum esset illi, à quo scurrilia ista in medium afferrentur. Puella, addunt illi, huic Legi non subditur, ait enim Moyses: Si filius. Oportet insuper filium hunc lege puniendum, furto subripuisse Patri tantum, non cæteris; & eo confilio aliquid subripuisse ut crapularetur. Neque id tantum, sed eā aviditate potum cibunque deglutisse, ut totam simul buccellam 5. denariorum pondere, & dimidiū logi vini [c] unico haustu absorberi. Si furtum in alterum quam in Patrem commisset, nihil à Legibus grave patiebatur; sicut impunè crimen committebatur, si non carnem sed altilia voraseret, nec vinum sed aliud quodcumque haufisset. Si verò filius in judicium adductus, ante pronuntiationem sententiam fugæ se subtraxisset, atque interim pubertatis ipsius indicia parerent, actum erat de judicio. Si ex parentibus alteruter crimen remisisset, nullum alteri permittebatur jus Legis severitatem in filium implorandi; scriptum est enim: Pater, & Mater approbent eum. Hinc neque manci parentes, neque muti, neque tandem surdi, neque etiam cæci admittebantur; quod scilicet nec filium apprehendere, nec accusare, nec filium indicare coram Judice, nec accusare possent; quod filii vocem nunquam auscultassent. Sexenta alia hujus saporis libens prætereo, quibus sane omnibus nihil excogitari potest absurdius, atque majestate Divinæ indignius. Quid autem de Tribunali cuius, tales erant iudiciorum canones, opinemur? Vix est ut in animum inducamus, eò potuisse homines

c Log. mensu-
ra est conti-
nens hemisex-
tarium.

De Politia, & Sanhedrio Hebreorum. 97

nes ratione instructos, nedum Legum Mosaicarum scientiæ consultissimos, de mentiæ pervenire, ut his jurisprudentiæ sanctionibus deduci se se permitterent. Quis tandem Scriptores adeo nugaces, veritas magistrorum haberit unquam?

Post hæc omnia quid de Sanhedriis credamus prouum est. Nullum sanè elusivum ex iis argumentis, qua ad illud adstruendum afferuntur. Planè Senatus ille juxta descriptam à Rabbinis formam, nunquam in Republica Hebreorum fuit; merum est enim Hebreorum somniantum commentum. Hinc nihil de illo satis apertum verbum in Scriptura; nihil in Jofepho, Philone, Origene, Eusebio, S. Hieronymo, viris oppido rerum Judaicarum intrudens. Quin & in Scripturâ atque Historiâ Judæorum plura sunt plane huic fabelle contraria. Quis unquam, quæso, ex Regibus Juda, sive Saul, sive David, Solomon &c. ad Sanhedrium unquam reus adductus fuit? Vel unus ejus rei actus judicialis, sive certum proferatur exemplum. Reges Juda, nemine prorsus repugnant, Summos Pontifices exauditorabant; bellum pro arbitrio, nemine consulto, suscepient; Judices constituebant, removabant que: uno verbo, Reges agabant, nunquam in negotiorum partem Sanhedrio accito; nunquam ejus Senatus autoritate implorata, de Republica pro arbitrio disponebant; cui corum autoritati, alioquin immodice, coereenda nunquam Sanhedrium legibus restituisse. An forte Patres Sanhedrii tandem turpi otio elongauerunt, donec concessa sibi à Rabbinis auctoritate valentes, infuetam alioquin vim exercuerunt?

Quod autem rem penè novam Sanhedrium fuisse plane demonstrat, varietas est opinionum, quibus ejus assertores, vel saltem ipsius veritatem penitus non reprobantes, inter se committuntur. P. Petavius (d), alioque nonnulli ex aetate Gabini Judæ. Præfeci, quo authore Tribunalia in quinque Judæ. Urbibus constituta sunt, Senatum illum repetunt, Grotius, alioque (e) solutum credunt sub exordium regni Herodiæ. Rabbinos cum Scriptura conciliaturus Signorius, aliam (f) sibi de Sanhedrio ideam format, quam quæ Judæis placuerit. Tostatus neque cum Judæis, neque cum Christianis, de Republica Judæorum scribentibus, satis convenit (g); qui enim Moyses aetate 70. Judices constituti sunt, hos putat dispoticam, ne Moysi quidem subjectam, exercuisse auctoritatem, ut ab corum sententiâ ad superiorum alium provocare negaretur; supremam auctoritatem penes Sacerdotes fuisse; penes Summum Sacerdotem refedita jus Sanhedrio, præsidendi; addit tandem inferiores Judices five damnandis, sive absolvendis reis nihil potuisse, illud tantum agentes, ut reum ipsum sententiæ Summi Sacerdotis patere cogerent; quod etiam arristi nonnulli Commentatoribus, quod minus in Rabbinorum lectione, eò magis in Recentiorum opinionis sua tenacium scriptis, exercitatus.

D. Basnagus qui paucis ab hinc annis

historiam Judæorum vulgavit, in Sanhedrii origine hæret ambiguus [h]: cum enim primò in sententiam P. Petavii

Hist. des Juifs
l. 1. chap. 4.

eam sub Gabino statuens, concessisset (i), mutata demum sententia sub Judæo vel Jonatha Macchabæis constituit; quam

22.

sub Jonatha potius inclinet. Profecto sub Macchabæis legitimus Senatum una cum Summo Sacerdote epistolam ad Lacedæmones dantem (k). Verus Author

k. 1. Macchab.
22. 6.

Paraphrasum Chaldaicarum, pro morezatatis fug loquutus, liminaribus Sanhedrii sistentem se Booz inducit. Legimus apud Rabbinos (l), Alexandrum Jamnatum Regem è generi Asmongorum, cum in Senatum venire, assidere cum cæteris, prohibente licet Simone filio Scherah è Patrum numero, voluisse. Herodi etiam tunc temporis Galilæ. Praefecto coram eo Tribunali dies dicti est. Interdictum erat etiam (m), Jofephose teste, ne Reges quidquam inconsulto Senatu moverent. Vox Synedriion, quæ Sanhedrio æquivaleret, in Evangelio nec semel quidem occurrit. Jofes Christus apud S. Matthæum (n):

m. Joseph. de bel. l. 1. c. 6.

n. Matth. 5. 2

Qui dixerit fratri suo, ait, raka, reus erit Concilio, nempe Synedrio. Ejusdem cœtus meminit S. Marcus (o), sicut &

o Mar. 13. 9.

S. Lucas idem designat modò sub nomine Seniores populi (p), modò Synedrii [q], quod etiam postremum recurrit

15. 1.

Joan. 11. 47. Tandem S. Hilarius agnoscit Senatum quedam ex 70. Patribus, quibus & versam ex Hebreo in Græcum Scripturam tribuit, & depositum sensus, spiritus, & doctrinæ Mosaica committit.

p. Luc. 7. 3. &

22. 52. 66.

q. Act. 4. 15. &

5. 22.

Hic etiam plane demonstrat arbitror, vetustam illam Sanhedrii originem, qualiter Rabbini commenti fuit, inter ceteras Rabbinicæ fabellas referri oportere; sicut & dubia sunt fidei eis fermè omnia, quæ de prærogativis, & Jurisprudentiæ ejusdem Tribunali venditarentur. Tandem illud constituendum est, politiam Hebreorum varijs subiisse pro temporum varie- tate vices, atque agitatisimæ, si alia uspiam, Reipublicæ tolerasse fortunam. Sub Macchabæis autem coepit Sanhedrium, vires suas in dies sub Regibus Asmonais explicavit, ex imbecillioribus crepundiis in tantam adolescens auctoritatem, ut vel ipsis Regibus metum incuteret. Tandem gloria sua pondere fatiscere coactum est; sive enim dignitati timentes Principes, nullam ejus deprimenti occasionem prætermittabant. Eo confitit Romani singulare ad id usque Tribunal in quinque di- viderunt; stantemque adhuc post tot rui- nas, vel emergentem iterum Senatum Je- rofolymitanum singularibus prærogativis exploiatum eò redegerunt, ut jure gladii adempto, de legalibus tantum cognosce- re & citra mortem tantummodo punire reos permitteretur. Ita sanè diu antea ul-

N. ti-

D. Calmet. Tom. I.

timam eversionem, ejus excidio præsum est; eodem etenim fato cum Urbe, Templo & Judæorum dispersione, Sanhedrium quoque obvolutum penitus interiit. Hinc post illum memorabilem gentis Judaicæ casum nullibi locorum auditum est. Tribunal sive Senatus, qui disputationem plenamque autoritatem super gentem uni-

versam exercebat; quare frusta Sanhedrii vestigia exquiruntur in cœtibus quibusdam ex reliquis Judæorum collectis, qui precari accepta authoritatis umbram exercebant. Hæc visa sunt majoris momenti & fidei, qua de Sanhedrio Judaico, omnium ore celebratissimo, referuntur.

DISSERTATIO DE BEEL-PHEGOR, CHAMOS, caterisque Moabitarum Diis.

Utriusque simul Numinis Beel-Phegor, & Chamos, hunc locum esse censimus, quod ambo inter Moabitarum Deos à Moyse adoptentur. Nota sunt etiam in S. Scriptura ejusdem gentis, ut credimus, Numina Nebo-Baal-Meon, & Baal Dibon. Hæc simul omnia expendere imp̄fentiarum constitutimus, ne molesta fatis repetitione eadem sāpē oggerere cogemur; idē maximè quōd variis hisce Numinibus unum eundemque Solem, Adonidem, Osiridem dñeignari non incongrue autummamus. Est autem nobis propositum afferendi primum ea, quæ de hoc argumento Scriptura suppeditat, tum conjecturas nostras cā de re subjiciemus.

Nomen Chamos ex Arabicæ radice derivatum accelerare significat; eodemque apud Moabites Numinem designabatur, quod velut universa gentis supremum Regem & Dominum colebant. Hinc sāpē in Scriptura Moabite appellantur populi Chamos (a), & Propheta imminentem in Chamos ejus, quod populū captivitatem & mala minitantur (b). Tandem Moabites regionem Amorræorum, ab Hebreis sub Moysè occupatam, repetenter (c), quid scilicet veteri jure ad se pertinuisse dicenter, Judæi hac reponunt; Nonne ea qua possebat Chamos Deus tuus, tibi jure debentur? Quia autem Dominus Deus noster visor obtinuit, in nostram cedent possessionem. Scitur est etiam, Salomon curante, Templum Diis Moabitarum in monte ē regione Jerusalem (d) excitatum fuisse, quem locum Israelitæ frequentasse sāpē, atque cultum Chamos impendisse legimus. Quæ verò hujus Numinis esset figura, quis ritus, nullibi fatis expressum in S. Scriptura inventur. Haec tenus S. Scriptura de Chamos.

Ex affinitate duorum nominum. Ammon scilicet & Chamos, unum eundemque Deum utroque appellati vocabulo, illo apud Egyp̄tios, hoc apud Moabitas, aliqui suspiciunt. Macrobius Ammonem & Solem confundendos censet (e); illius enim cornua, ait, hujus radios designant. Porro Am-

monis cultus longè latèque obtinebat per Lybiam, Æthiopiam, Indias, Arabiam, ubi & Moabites fides habebant (f).

Quamvis Æthiopum populis, Arabumque beatis Gentibus, atque Indis unus sit Jupiter Ammon.

Nomen Chamos celeritatem, expeditum quod aliquid sonans, cum Solis rapido circa terram motu quadrat.

Apud Authores Prophanos nota sunt synonyma Solis, Deus Homanus, & Apollo Chomeus, cuius posterioris Numinis simulacrum ē Templo suo in Templum Palatinum, Romæ excitatum, translatum fuisse Ammanus testatur (g). Deo Homoano æternum ignem servasse Orientales, maximè Persas, & Cappadocios, Strabone authore proditum est (h). Porro ignes Soli artifice ignorat nemo, servatosque credo intra septa, seu in Templis illis subdividiibus, de quibus Moyses sub nomine Chamanim (i), & Strabon voce Pyreja, vel Pyratheja. Urbes etiam Comanae in Ponto, Pisidia, & Cappadocia facile ex Chamos vel Chamanim, nomen derivasse suum crediderim. In his Urbibus celebre habebatur Templum Bellona, ejusmodi, quantum coniicio, Numinis ac Bel-Asa, seu Asas, Luna, vel Diana (k). Hic autem opportune recoloni sunt, que in Dissertatione de Moloch fuisse demonstravimus; de cultu nempe Solis & Luna, quemadmodum & de nominibus utriusque alii varie confusis permixtis apud Orientales.

Templa Chamos editis potissimum locis insidabant, quemadmodum de Templo a Salomone ædificato in superioribus observavimus. Ex Templo in ejus honorem supra montem Nebo erecto, facile Numinis inditum est nomen Nebo; & cum Moyses reserū deductum à Rege Moab Balaam (l) ad excellsa Baal, facile pro excelsa Chamos possum est; cum nomen Baal aquæ de omnibus usurpari consueverit, & Moyses non nisi de Chamos ad id usque habuisset sermonem.

Nec

f Lucan. Phar. sal. 1.9.

g Amm. 1.13.
Avulsum sedibus simulacrum Chomei Apollinis, perlatum Romanis in ade Apollinis Palatini Deorum Antistes colloca- runt.

h Strab. l. 15.
i Levit. 26.
30. & 2. Par.

34.

k Strab. l. 20.

Cic. de leg. Ma-
n. Hirt. de
bell. Alex. c.

66. Cesar ve-
nit Comanae,

vetustissimum

& sanctissi-
mum.

In Cap-
padocia Bellona

Templum,

quod tanta re-
ligione colitur,

ut Sacerdos

ejus Dea ma-
jestate, impe-
rio & poten-
tia secundus

a Rege con-
fensus gentis il-
lius habeatur.

Vid. Cellar.

Geogr. l. 3. c. 8.

pag. 198.

Osee cap. 4.

Nec

m Amos 5.26.

De Numinibus Moabitarum.

99

Nec abs re etiam suspicatus fuerim, quæ mea est conjectura, Idolum Chium, cuius secum derulifera per defertum ædiculas Amos vitio vertit Judæis, idem esse Numen ac Chamos, cui apud eundem Amos socius jungitur Moloch Deus Ammonitarum [m]. Moyses enim nunquam Hebreis exprobrit cultum Moloch, sed tantum Mysterii Phegor Dei Moabitarum initiatis reprehendit. Nomen Chium cum Chamos congruit; Septuaginta, & S. Lucas Actuum 7. 43, pro Chium legunt Rephan, vel Remphan. Facile, quantum conjicio, Interpretes illi nomen genericum Idoli pro Chamos substituerunt. Rephan ex eadem radice ac Teraphim dederunt, ablatio enim te, quod facile loco articuli possum est, remanet Rephan, nomen facile Idoli.

Sunt inter Interpretes, qui Chamos, cum Chamos confundant, quæ sanè vox Grecæ sonat Deus crapula; sicut Phegor reditum Deus falacitatis. Porro nomen Chamos Baccho sive Dionysio tribuitur, & Phegor Deo Priapo; uterque autem Deus ad Solem referunt. Ita Gerardus Joannes Vossius l. 2. cap. 8. de Origine, & pro greffu Idololatriæ. Sed has conjecturas ex harmonia quadam vocis Græca cum Hebreo nomine deductas, futile esse neminem latere arbitror.

S. Hieronymus, & Interpretum plerique in ea sunt opinione, ut Chamos & Phegor confundant; quod sanè nobis verisimile dictum creditur. Pesciā referente scimus Idolum Chamos, ex nigra pectora constans, mulierem figuram retulisse. Nicetas Venerem esse arbitratur; omnia fidei sublecta.

Qui putant Chamos veterem fuisse Ammonitarum Principem, ab illis post obitum consecratum, illi sanè Numinis & humanam figuram & Regis insignia tricubunt. Sed unde nam illi opinionem suam derivarunt? Ammonita & Moabite contioneres sunt populi, cum Ammon & Moab filii Ioth, coevi fuerint, Isaac filio Abraham; quare eorum posteritas non prius in unam gentem adoleverit, quam cum Israelites ipsi adoleverunt, nempe 100 annis ante obitum Moysis circiter.

Qui igitur fieri possit credimus, ut eisdem Legislatoris aitatem Principem suum jam consecraverint? He sunt quæ de Chamos afferuntur conjecturæ; restat modò, ut certius aliud de Beel-phegor, si quid potuerimus, afferatur.

Beel-phegor, sive Deus Phegor eundem esse cum Phegor nullus dubito; quod sanè Origeni & S. Hieronymi prius visum, omnibus deinde Recentioribus Interpretibus probatum est. Porro Beel-phegor iuxta Origenis interpretationem est Idolum turpitudinis [n], quam sanè turpitudinem, verecundiæ parcens, Moyses aperiitoribus verbis exprimere noluit. Addi-

udem Origenes, cultui Numinis mulieres præ ceteris addictas fuisse. Et S. Hieronymus post illum [o]: Coletibus maximè feminis, ait, Beel-phegor ob obsceni magnitudinem, quem nos Priapum possumus

Diffr. Calmet. Tom. I.

appellare. Censet autem viros illos effematos, & mulieres in cultum Idolorum prostitutas, de quibus sapè in Scriptura,

p. Vide 3. Reg.
15. 13. & 2.
Par. 9. 16.

Tandem sequitur idem Hieron. in Ose. 9.

Interpretatur Beel-phegor Idolum tentiginis,

babens in ore, id est in summitate, pelle, ut turpitudinem membra virilis offendat.

Probris hisce cultus Beel-phegor cæremo-

nii probrosum alteram addentes Rabbini

censent cum Maimonide, obsceneum

membrorum revelatione cultum Numinis

impendi confusivisse. (q); & cum Jarchi,

oblata fuisse Deo excrementa, quod vix

credimus. Quod autem maximè confir-

mat opinionem Phegor cum Priapo con-

fundentem, illud est, quod Ose. 9. 10. pu-

dendi Beel-phegor cultus describantur;

Ipsa autem ab alienati sunt in confusionem, &

facti sunt abominabiles, sicut ea qua di-

texerunt. Scitum est, quantæ impudentia

filia Moab Israelitas ad crimen provoca-

rint (r); nec sanè ignotum, sive Priapi

Numen, sive cultus ei Numinis impensis.

Sunt qui Beel-phegor ad Saturnum re-

ferunt, (s) cuius postremi Numinis cultui

Arabia, in qua Moabites, devotebatur.

Nomen Beel pariter Phegor & Saturno com-

munæ erat, & Saturni Sacerdotes nudos se

coram Numinis fœde planè sistebarunt. Hisce

conjecturis opinionem fulciunt, qua tam

nutat.

Alii ex nominis etymologia naturam Phe-

gor deprehendere tentantes, obseruant vo-

cem illam ex Chaldaeo deductam, sonare ven-

tris relaxationem; ex quo conjecturæ lo-

cus, Phegor ipsissimum esse Deum Cre-

pitum ventris, quem apud Ægyptios,

una cum Deo Ructu consecratum narrant

Origenes (t), & S. Hieronymus (u), si-

cū & ante illos Minucius Felix (*).

Nec sanè indigna erant ea Numinis, quibus ab

Ægyptiis divini honores deferrentur, cum

apud eas gentes vel ipsi porri, cepæ, cro-

codili, lupi, febris, procœllæ, fulmina,

mala fortuna, consecrarentur. Sed frustra

hisce conjecturis futilebus arguidis immo-

rearemur.

Aliis inter Eruditos (x) visum est, no-

men Beelphégor nonisi per ludibrium Deo

Moabitum tribui; quem enim Moabite

facile appellant

Baal-reem,

Deum toni-

tri, hunc ab Hebreis per contemptum

Deum crepitus ventris audisse autumant.

Ita plane Deum Accaron Judæi appella-

tum voluerunt Beelzebul Deum Mucarum;

& Belbel, Urbem Idolo aureo Jeroboam

consecratam, immutato nomine, Bet-

baven, domum iniuriantis, nuncuparunt.

Vossius tandem [y] nomine Beelphégor

designatum credit Solem, & Priapum,

quo posteriori nomine Solem eundem sa-

pius denotari in Theologia Paganorum con-

stat.

Porro etymon Priapi accersit ex He-

breo Ab Pater, & Peor vel Phegor; ac si

diceretur Deus vel Pater Peor, quomo-

do usurpari solet apud Paganos Pater Ju-

piter, Pater Neptunus &c.

N 2 Rei

y De Orig. &

progr. I. a. l. 2.

z. c. 7.

x Scalig. Bu-

cer. in Pss.

t Contra Colf.

pag. 255.

u In Isai. l. 13.

Ut taceam de

formidoloso &